boni in ſe habet. Ubi notandū ꝙ merito
mūdus arguit a ſpūſancto. qꝛ ipe mūdus
cū ſuis ſocijs ſcꝫ carne ⁊ dyabolo ꝯtra nos
arguit. Arguit autē ſpūſanctꝰ veraciter et
demōſtratiue. ſꝫ mūdus arguit cū ſuis ſo
cijs fallacit̄ ⁊ ſophiſtice ſeu ſeductiue. Ar/
guit xp̄s ꝑ certas demōſtratiōes. mūdus
ꝑ rethoricas ꝑſuaſiōes. demon ꝑ ſophiſti
cas obligatōes. caro ꝑ inſolubiliū deduc/
tiones. Primo arguit xp̄s ꝑ ſpm̄ ſanctū di
ſputando demōſtratiue. vt nos doceat et
corrigat. Procedūt em̄ ſue demōſtratōes
ab inuētis ꝓncipijs ⁊ notiſſimis nobis. qꝛ
de peccatis nr̄is. vn̄ dꝛ h̄ arguendū mun/
dū de peccato. Iſti argumēto nō eſt inter
nos q̄ ſciat reſpōdere. Quia ſi dixerimꝰ ꝙ
pctm̄ nō habemꝰ. noſmetipſos ſeducimꝰ ⁊
v̄itas in nobis nō eſt. j. Joh. j. Un̄ Job. ix
dꝛ. Quātus ego ſum vt reſpondeā ei. ⁊ lo/
quar verbis meis cum eo q̄ etiāꝫ ſi habue/
ro quippiā iuſtū nō reſpondebo ſed meum
iudicē dep̄cabor. Sic r̄ndit ei mulier dep̄
henſa in adulterio Joh. viij. qn̄ xp̄s ei geo
metricas demōſtratiōes digito ꝑtraxit in
terra. Et ideo ꝯfuſionē ⁊ ꝯcluſionē euaſit.
dicente ſibi xp̄o. nec ego te condēnabo. va
de et amplius noli peccare. Sic reſpōdit
Dauid ad Nathan. ij. Re. xij. cum eum ar
gueret de adulterio et homicidio. Ille di/
xit. peccaui dn̄o. Cui ſtatim Nathan dixit
Tranſtulit dn̄s pctm̄ tuū. nō eſt ergo me/
lior r̄nſio xp̄o arguēti niſi hūilis confeſſio
pctōꝝ. Scd̄o arguit mūdus ꝑ rethoricas
ꝑſuaſiones Apoc. iij. Suadeo tibi emere
a me aurū ignitū ⁊ probatū vt locuples fi
as. ⁊ veſtimentis albis induaris. Eſt em̄
ꝑſuaſio mūdi vt colligas lucreris ⁊ vnde/
cūqꝫ poteris ꝑquiras. ⁊ cum diues factus
fueris tūc ꝑ opera pietatis ſatiſfacies deo
pro peccatis tuis. Unde mūdus ꝓmo ſua
det querere q̄ ſunt mundi et poſtea q̄ ſunt
dei. Xp̄s vero oppoſitum Math. vj. Pri/
mū querite regnū dei et iuſticiā eiꝰ. Unde
ſicut rethor per vera exempla ſuadet. Sic
mūdus dicēs. Nōne Abraham diues fuit
Dauid rex magnificꝰ. Gregorius elemoſi
narius et tamen amici dei ſingulares facti
ſunt. Et ſic de multis alijs ſanctis qui cū
ſanctitate diuitias habuerūt. Sed certe
mētita eſt iniquitas ſibi. Nam diues epu/
lo ad tormenta raptꝰ eſt. et alter diues dila
tans horrea ſua. animā demonibꝫ rapiēti/
bus exalauit. Et beatus eſt diues qui eſt
inuentus ſine macula. Semper enim di/
uitie maculant et inquinant propter an/
nexas voluptates ⁊ alia vicia. Ideo iſte ra
tiones mundi nō debent chriſtianos mo/
uere. quia licet cū diuitijs xp̄o bene ſerui/
re ſit poſſibile. eo ꝙ ſm̄ Ambro. ſuper Lu/
cam. diuitie ſunt electis adiuuamenta vir/
tutū. tamē beatus diues qui nō abijt poſt
aurum. nec ſperauit in theſauris pecunie.
Quod Salomon pro miraculo cōputat.
Ideo ſecurius eſt viam pauptatis eligere
et maioris eſt perfectionis. ideo reſpōdea
mus mundo illud Actuum. xxvj. In mo/
dico ſuades me chriſtianum fieri. Et que/
ramus ab eo quam ſecuritatem nobis fa/
ciet ꝙ tamdiu viuemus donec diuites ef/
ficiamur. et ꝙ tunc bonam habebimꝰ vo/
luntatem ad elemoſynas faciendas. Ideo
Pſalmiſta bene reſpondit mundo ſic ſibi
promittenti. Paucitatem dierum meoꝝ
nuncia michi. Et numerum dierum meo/
rū quis eſt. Refert Marcialis libro Epi/
gramatum. Epigramate. xij. de quodam
rege Romanoꝝ qui dicebatur Priſcus.
qui frequenter queſiuit a Marciali tali
magiſtro qualis ipſe foret ſi ipſe fieret di/
ues et potens. Cui Marcialis reſpondit
Q̄ vellet prius ſcire a prefato rege qualis
eſſet ipſe rex ſi eſſet vt leo. Quaſi di. confu/
tando eum et ſibi tacite reſpondendo. ꝙ
talis ipſe eſſet ſi fieret diues et potēs qua/
lis eſt leo. eo ꝙ eſſet ſuperbus ratione di/
uitiarum. quia vermis diuitum eſt ſuper/
bia. Juxta illud apoſtoli. Diuitibus huiꝰ
ſeculi precipe non ſublime ſapere. Secun
do ꝙ etiam eſſet crudelis ratione poten/
tie quia potentes ſequitur crudelitas Jux
ta illud Jaco. ij. Nonne diuites per potē
tiam opprimūt vos. Interliniaris. ſcꝫ aufe/
rendo bona vel v̄berando paupes. Unde
Marcialꝰ ponit p̄dictā hiſtoriā i his v̄ſibꝰ
Sepe rogare ſoles qualis ſim priſce futu
rus. Si fiam locuples ſimqꝫ repente po/
tens. Quemqꝫ poſſe putas mores narra/
re futuros. Dic michi ſi fias vt leo qualis
eris. Non ergo mundus audiendus eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum iſtis ſophiſticis et deceptorijs argumentis. Unde ⁊ ſi nobis talia perſuadet. ſimus tanquã ſurdi non audientes ⁊ nõ aperientes os noſtrum. Mittamus eum latrare ſicut canẽ vbiq; ſcientes eius aſtuciam. Quia que promittit non adimplet. aut ſi implet in malum noſtrum conuertit. Ad hoc enim nobis blanditur vt decipiat. ſm Auguſtinum. Quantos enim vidimus ante nos qui mundi promiſſis illecti laborauerunt. ſudauerunt. et vires exhauſerunt. pro conſequendis honoribus dignitatibus. aut prelationibus. Poſtq̃ autem melius eas ſunt adepti. tranſierũt ad patres. ita vt verum ſit illud p̄ma Johannis ſecũdo. Mundus tranſit et concupiſcentia eius. Ideo dicunt reprobi hodie in inferno. Quid nobis profuit ſuperbia. aut diuitiarum iactantia quid cõtulit nobis. ſcilicet lucri Sapientie quinto. Et ſequitur. Tranſierunt omnia velut vmbra. et tanquam nuncius precurrens. et tanquã nauis que pertranſit fluctuantẽ aquam. cuius cũ pertranſierit non eſt veſtigium inuenire. neq; ſemitam carine illius in fluctibus. Certe multi ſe eſtimant felices ſi adipiſcerentur honores. ille epiſcopatum. ille canonicatum. et ſic de alijs. Sed ipis contingit ꝙ multo velocius deſcendunt de illis honoribus ad infernũ q̃ prius aſcendant ad talem gradum. Sepius vidimus noſtris temporibus atq; vtinam non vidiſſemus. ꝙ multi pro prelaturis litigauerunt decem annis. quas adepti vix vno anno ĩ eis manſerũt. Unde ipſis ↄtingit ſicut illis qui in mari decipiuntur per inſulam ceti. Cetus enim quandoq; colligit in dorſo arenam ſupra quã creſcunt gramina et herbe vireſcunt. vnde apparet nauigantibus quaſi inſula. qui nauigantes decepti deſcendunt de nauibus volentes pauſare et faciunt ignem ad coquendum comeſtibilia. Sed cetus ſentiens ignem mergitur in profundum. et ſic illi precipitantur. Sic eſt de talibus. Ido contra talem deceptionem vtamur cautela ipſi⁹ vulpecule. que cum aſcendit glaciẽ prius apponit aurem diligenter. et ſi ſentit ſub glacie fluentem aquam nullo modo in illa glacie moratur. quia ſignũ eſt ꝙ aqua eſt prope ſuperficiem glaciei. et ſic glacies eſt tenuis. Sic nos perpendamus prius mundus non eſt durabilis ſed fragilis. ideo non cõmittamus nos periculo. Tercio arguit demon per ſophiſticas obligationes. Obligat enim hominem ad falſitatem. vnde ante primum peccatum fecit falſam propoſitionem mulieri. Geneſis. iij. Nequaquã moriemini ſed eritis ſicut dij. Sed qui tales obligationes admittunt adducet eos dominus cum operantibus iniquitatem. Et ideo dicamus nos ſibi illud Danielis. iij. Non oportet nos de hoc reſpondere tibi. Quarto caro arguit p̄ inſolubilium deductiones. quia ipſius argumentationes vix ſolutiones recipiunt. in quibus quotidiana eſt pugna. ſed rara victoria. Jacobi p̄mo. Unuſquiſq; tẽptatur a concupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus. Interliniar Bede. Abſtractus a recto intinere. ⁊ illectus ad malum. Et quid ex hoc ſequitur. certe peſſima concluſio. ſicut ibidem ſequitur. Deinde inquit Jacobus. concupiſcentia cum conceperit. ſcilꝫ delectando et conſentiendo. ſm interlinearem. peccatũ parit. ſcilicet perducendo ad actum manifeſte. Peccatum vero cũ conſumatũ fuerit generat mortem. Sed nos ſcientes quia caro que concupiſcit aduerſus ſpũm non poſſidebit regnum dei. reſpondeamus carni illud apoſtoli. Debitores ſumus non carni vt ſm carnem viuamus. Si enim ſm carnem vixerimus moriemur. Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificauerimus viuemus. Unde caro eſt ſic exactor. cuius vox ſm dictum Job nõ eſt exaudienda. Et tantum de ſecundo.

¶ Dixi tertio ꝙ in verbis p̄miſſis oſtẽditur ſpiritusſanct⁹ culparum ⁊ negligentiarum quas arguit dign⁹ eſſe vltor cum ſubdit. de peccato. de iuſticia. ⁊ de iudicio. Ecce tres culpe et tres negligentie. propter quas homines mundani ſunt arguendi in quolibet ſermone faciendo per ſacerdotem. De peccato quidem quod habent. De iuſticia quam non habent nec faciunt. De iudicio quod non timent. Circa quod ſciendũ ꝙ mũdani homines ſeptẽ mortalib⁹ laborãtes merito ſũt arguẽdi a ſpũſctõ. et ↄſequenter a p̄dicatorib⁹ ⁊ viris ſpũalib⁹ ſicut illi qui permittunt optimos

fructus ortorum ſuorum depaſci. ymo deuaſtari a ſeptem beſtijs. Uel qui ſe voluntarie exhibent lacerando ſeptem crudeliſſimis animalibus et beſtijs horrendis. Quas beſtias enūerans Salomon Sapientie. xj. capitulo. dicit primam eſſe vrſū. per quam intelligitur gula. Tum quia vrſus eſt anīal vorax ꝛ in melle ſpecialiter delectatur. Secundo quia fetum producit informem. id eſt. turpem. et non habentē expreſſam formam corporis et membrorum. quia tradūt naturales. ꝙ vrſa maſſam carnis parit ſine lineamentis et partibus organicis ordinate diſtinctis. Sic guloſi et voraces et delectationibus dediti. quicquid faciunt totum ad carnis commodum conuertunt. Sicut patet de artificibus noſtris qui omnia que laborant perbibūt et deuorant. Et ideo partus eorum et proles operum ipſorū non eſt niſi carnalitas quam prohibet apoſtolus dicens. Carnis curam ne feceritis Romanorum. xiij. Secunda beſtia eſt leo. per quā ſignificatur ſuperbia. quia ceteris animalibus appetit dominari. Unde Ambroſiꝰ in Exameron de opere ſexte diei dicit. Ex natura ſua eſt ferociſſimus ꝛ ſuperbus aliarum beſtiarum ſeu ferarum quaſi rex conſortia dedignatur. Sed neqꝫ ei vlla fera ſociatur et cum rugit. cetera animalia formidant. Hec eſt regula omnis ſuperbi. quia dedignatur alijs ſe ſociare. et alij timent et verentur eum accedere. Propter quod contra tales dicitur Eccleſiaſtici. iiij. Noli eſſe q̄ſi leo in domo tua ſubuertens domeſticos tuos. Tertia beſtia fuit ira plena. et vocatur iracundia Et hec figuratur per quoddam animal quod ab Ariſtotele libro. vij. capitulo ſecūdo de animalibꝰ vocatur Abane. quod eſt animal quoddam magnitudine quaſi ceruus. quod contra conſuetudinē omniū aliorum animalium habꝫ fel in aure ſimile felli hominis in colore. et eſt amarum valde. cauſatiuū vehementer ire et ferocitatis. Sic homies iracundi videntur habere fel in aure. Quia quantumcūqꝫ quis eis loquatur dulciter amicabiliter et pacifice et honeſte et modeſte. et etiam rationabiliter ſemper eis videt̄ ſonare in auribus iniuria. Unde ſemper portant fel in aure. quia quicquid audiūt in amaritudinem conuertūt. et quia illud fel dicitur eſſe ſimile felli hominis. Et ideo dicitur. quia talis homo iracundus loquitur aut defendere intēdit ſemper rationibus probabilibus. ſicut homo prudens defendere oſtendit ſe. Unde Actuū viij. dicitur de Symone. In felle em̄ amaritudinis video te eſſe. Et Deutro. xxxij. Fel draconum vinum eorum. et venenū aſpidum inſanabile. Uua eorum vua fellis. et botrus amariſſimus. Quaſi dicat. Siue verba eorum. ſiue opera. ſiue rationes. ſiue intentiones eorum. omnia ſunt inſanabilia. Quarta fuit beſtia ignota. per quam ſignificatur accidia. Homo enim pigricie datus. non poteſt cognoſci de facili. modo vult vnum. modo alterum Prouerbiorum. xiij. Uult et non vult piger. et Prouerbiorum. xxj. Deſideria occidunt pigrum. Et iſta beſtia ſignificatur per aſinum. qui in quibuſdam partibus eſt animal ignotum. ſicut in Polonia. De quo Boecius de conſolatione. proſa tertia. loquens de accidioſo dicit. Segnis et ſtupidus torpet. aſinum viuit. Eſt autem proprietas aſini ꝙ in anteriori parte videtur quaſi ad modum crucis in cruribus prioribus et brachijs diſpoſitus. et ibi eſt valde debilis. ſed in poſteriori parte eſt multum fortis. vnde ibi onera portat. Sic eſt de accidioſo et pigris. quia ea que ſūt crucis. id eſt. penitentie aut mortificatōis carnis nihil ſufferunt. ſed ad ea que ſunt carnalia et lumbos reſpiciētia ſunt nimis fortes. Similes dyabolo patri eorum. De quo dicitur Iob. xl. Fortitudo eius in lumbis eius. et virtus eius in vmbilico. Sed bonum eſſet ꝙ tali aſino daretur dicterium illud. De quo Eccleſiaſtici. xxxiij. Cibaria et virga et onus aſino. panis et diſciplina et opus ſeruo. id eſt. ſeruienti corpori in opere diuino. Quinta beſtia fuit ſpirans vaporem igneum. et vocatur luxuria. et figuratur per duos dracones. qui in duobus montibus Armenie viam publicam tanta peſtilentia infecerunt ꝙ nullus per eam tranſire potuit quin ſubito moreretur. Sicut narrat Ariſtoteles libro ſuo de ꝓprietatibꝰ elementoꝝ. q̄d factū Socrates erecta ſibi altiſſima turri ī loco multū diſtante a mōtibꝰ ꝑ ſpeculū factū de calibe

deprehēdit. in quo ſpeculo vidit illos du/
os manifeſtos dracones. vnū ex vno mōte
aliū ex alio vaporem emittere. quo aer in/
fectus homines inter montes per viā eun
tes interfecit. Accidit autem iſtud tempo
re Philippi patris Alexandri magni ſicut
ibidem narrat. Per quod ſignificant duo
ſtatus. ſcilicet laycorū et clericorum. q̄ ho
die dediti luxurie. illi adulteria cōmitten/
tes. iſti concubinas fouentes tanq̄ duo
dracones venenoſi. homines ſimplices in
via mandatorū dei incedentes exemplo
prauo ſcandalizant et inficiunt. De quib⁹
Iohelis. ij. Dabo prodigia. id eſt. monſtra
in celo. id eſt. in ſpiritualib⁹. et in terra. id ē
in laycis. ſanguinem ſcilicet peccati. ꝛ ignē
id eſt. ardorem concupiſcentie. et vaporem
fumi. id eſt famam malā volantem ab eis
et inficientem alios. Vocat autē ea mon/
ſtra ſeu prodigia. quia reuera monſtruo/
ſum eſt vt in talibus dignitatibus conſti/
tuti ſic agant. Sed hodie non eſt h̄ mon/
ſtruoſum propter vſitatam cōſuetudinem
qua frequenter hoc videmus. Unde non
miramur videndo prelatū laſciuū. nec cō/
iugatum adulterū. Sicut nec Balaam ex
pauit aut miratus eſt ad vocem aſine lo/
quentis. quāuis monſtruoſum eſſet. quia
in exercendo artem magicam talib⁹ mon/
ſtris fuit conſuetus. Sicut magiſter di/
cit in hiſtorijs ſuper. xxij. capitulū nume/
rorū. Sexto ponit Salomon odorem fu
mi qui naturaliter eſt liuidus ſeu pallid⁹ ꝛ
obſcurus. per quem deſignatur inuidia.
Propriū eſt enim inuidi occultas detra/
ctiones. damnationes. et diffamationes
quaſi quendam liuidū fumum emittere.
vt claritatem fame beatorum denigret.
Hi ſunt ſimiles vulpi. que naturaliter fe/
tet. hec habet proprietatem ſm naturales
quia cum taxus quoddam animal valde
honeſtum parauerit ſibi foueam. vulpis
in abſentia ſui. ſtatim currens mittit ibi fe
tidum fimum. ita q̄ ſuperueniens taxus
propter feditatem fouee relinquit vulpi fo
ueam ſuam. abhominans et contemnens
eam amplius. Et ſic vulpis ſibi acquirit
alienum hoſpicium. non laborioſe ſed po/
tius cauteloſe. Iſta eſt natura inuidorum
qui videntes honeſtum ſtatum aliquorū
bonorum hominū. non valentes eos ali/
ter de eorum ſedibus aut dignitatibus vl'
officijs expellere. diffamant et detrahunt
eis ac accuſant eos crimine peſſimo apud
alios ſuperiores. Et tandem contingit q̄
boni viri antequā lites intrent cum eis.
carius dimittunt et reſignant illa benefi/
cia quibus illi tanquam vulpis taxo ſuc/
cedunt. ſed certe non diu proſperantur in
eis. Sicut Briccius poſt ſanctum Mar
tinum. qui multa paſſus eſt. Septima be/
ſtia eſt que ab oculis ſcintillas horrēdas
emittebat. et ſignificat auaricia. Que q̄cq̄d
videt in mundo cōcupiſcit. et quaſi ad om
nes diuitias ſcintillas concupiſcētie emit
tit. Unde comparatur igni qui creſcit per
appoſitionem combuſtibiliū. ij. de anima.
Prouerbiorū. xxx. Ignis nūquā dicit ſuf
ficit. Et primo Politicorum dicitur. Con
cupiſcentia creſcit in infinitum. Scintil/
le ergo ignee in auaro ſunt concupiſcentie
et deſideria plura habendi. Hec concu/
piſcentia ſignificatur per cattum qui habꝫ
oculos igneos et ſcintillantes. Unde ſm
Papiam Cata grece idem eſt quod videt
latine. Et ideo dicitur cattus quia videt
in nocte ſicut de die. Nam ita prudenter
venatur predam ſuam in tenebris ſicut in
luce. Iſto modo prudentes ſeculi tam ſpi
rituales q̄ʒ ſeculares venātur in tenebris
id eſt. in curijs et atrijs principum. tam a
dextris q̄ʒ a ſiniſtris. iuſte et iniuſte. per
phas et nephas. De quibus dicit Iob. xx
viij. Omne precioſum videt oculus eius.
Et Eccleſiaſtes p̄mo. Non ſaciatur ocu/
lus viſu. nec aurꝭ auditu impletur. Et Ec/
cleſiaſtes quarto. Laborare non ceſſat et
non ſaciantur oculi eius diuitijs. Et per
oppoſitum boni talia fugiunt. dicentes il/
lud Pſalmiſte. Non proponebā ante ocu/
los meos rem iniuſtam. Hec ſeptem be/
ſtie ſignificantur in dracone magno. qui
habuit capita ſeptem. vt dicitur Apoc. xij.
¶ D ¶ Secundo mūdus eſt arguen/
dus de peccato. ſicut ille rex qui potens
reſiſtere inimicis ſuis permittit ſe vltro et
ſpontanee ſeu volūtarie ab eis capi. Un/
de inimici noſtri ſignificantur per ſeptem
gentes peſtiferas quas expugnauerunt ꝛ
vicerunt filij iſrael. Sicut dicitur Sapi/
entie. xviij. et Iudicū. iij. Fuerunt autem
gentes iſte ſcd̄m eorum nomina Berge/
zeus. Amorreus. Eueus. Etheus. Cha/
naneus. Iebuſeus. et etiam Pherezeus.

vt dicit̄ Deutro.vij. Gergeſeus interpreta
tur colonū eiciens.et ſignificat ſuperbiaꝫ
que primū colonum celi.id eſt.angelum.⁊
poſtea Adam colonū paradiſi eiecit. Iſta
gens arguit̄ per donum ſpūſancti ſcilicet
per timorem dn̄i . per quem homo vincit
aduerſa. Unde ꝑ timorē dei homo depreſ
ſus eleuatur ad ſuperiora tanq̄ȝ intrepid⁹
cōtra aduerſa. Iuxta illud. Qui timet do/
minū n̄ expietur quicq̄ȝ mali. Amorre⁹ in
terpretat̄ amaricans vel amara loquens.
⁊ ſignificat inuidum qui totus eſt felleus
ſemper amara diffundens . Unde Ouidi
us p̄mo methamorphoſeos . Pectora fel/
le nitent. lingua eſt ſuffuſa veneno . Riſus
abeſt. nunq̄ȝ niſi fauere dolores . Iſte ar/
guitur per donum intellectus. quo homo
intelligēs proximū ſue nature cōparticipē
dulcem ſe proximo ſuo reddit. Terti⁹ euel
us.et interpretatur lapides colligens . et
ſignificat iracundū ⁊ rixoſum. qui ſemper
colligit lapides offenſionis et ſcandali .q/
bus alios offendit. Sicut Semei contra
Dauid. ij. Regum.xvj. Iſte arguit̄ per do
num cōſilij quo conſulitur nobis ꝑ xp̄m.
Iuxta illud Math.v. Noli reſiſtere malo
ſed ſi quis te percuſſerit ad vnā maxillam
prebe ei et alteram. Quartus p̄plus Ethe
us.qui interpretatur ſtupor vel formido.
et ſignificat accidiam. que facit hominem
ſtupidum et formidantē opera virtuoſa .
Iſte arguit̄ per donum fortitudinis. Gre
gorius.viij.moral̄. Fortitudo ſpiritus eſt
carnem vincere proprijs voluptatib⁹.pre/
ſentis vite dilectionem extinguere. Econ
tra carnis fortitudo eſt tranſitoria ſine ceſ
ſatione diligere.contra flagella conditoris
inſenſibiliter perdurare. Quintus popu/
lus Chananeus. qui interpretatur poſſeſ
ſor vel negociator.et ſignificat auarū ſeu
cupidū. qui per varias negociationes poſ
ſeſſiones acquirit et auget. Auguſtinus d̄
verbis domini ſermōe.xv. Que ē iſta aui/
ditas concupiſcentie. cum et ipe belue ha/
beant modū. tunc rapiunt quādo eſuriūt
parcunt vero prede cum ſenſerint ſacieta/
tem. Inſaciabil̄ eſt ſola auaricia diuitum.
ſemper rapit et nunq̄ȝ ſaciatur . nec deum
timet. nec hominē reueretur. nec patri par
cit. nec matrē cognoſcit. nec fratri obtem/
perat. nec amico fidem obſeruat . viduam
opprimit. pupillum inuadit. liberos in ſer/
uiciuȝ reuocat. teſtimoniū falſum profert.
res mortui occupat. Que eſt animarū in/
ſania amittere vitam et appetere mortem.
acquirere aurū et perdere celum . Iſte ar/
guitur per donum pietatis. que monet ad
tribuendū pauperib⁹ ex miſericordia pro
pter deum . Narrat ſextus Iulius primo
libro ſtragematū. cap̄. iiij. Ex cum emulus
Paulus conſul in lucanis iuxta littus an
guſto itinere exercitū duceret et tarētini ei
claſſe inſidiati. agmen eius eſſent aggreſ/
ſi . Ille captiuis eorum latus ſuum pre/
texuit. quos videntes Tarentini retrare/
runt tela et ſagittas. Ita qui vult euadere
ſagittas dyaboli habeat ad latus ſuū pau
peres. qui ſunt quaſi quidam captiui in h̄
mundo. Sextus populus eſt Iebuſeus
qui interpretat̄ preſepe. et ſignificat gulā.
que ſuadet homini ſemper ſtare ad preſe/
pe. Iſte arguēdus eſt per donum ſcientie.
per quā homo ſcit temprare viuere. Philip
peñ. iiij. Scio habundare. ſcio et penuriā
pati. Septimus populus eſt phereſeus.
qui interpretat̄ diſſeminans terram. et ſi/
gnificat luxurioſum. qui illicite ſeminat ſe
men ſuum. Galat̄. vj. Qui ſeminat in carne
de carne metet corruptionē. Iſte arguen/
dus eſt per ſapientiā. id eſt. per ſapidā ſci/
entiam. id eſt. ſaporem celeſtiū. quibus gu
ſtatis vileſcit om̄is dulcedo carnalis. ſm̄
Auguſtinū. Secūdo mundus merito eſt
arguēdus de iuſticia quā non habet. Cū
enim iuſticia omnib⁹ ſit neceſſaria vt dicit
Tullius. ij. li. de officijs. cap̄. xij. intantum
q̄ etiam ſolitario homini. id eſt. per ſe mo/
ranti opinio. id eſt. fama eſt neceſſaria. Et
ſm̄ ip̄m caplo. iiij. Ad rem publicaȝ regen
dam tm̄ eſt neceſſaria. vt nec illi qui de ma
leficio vel ſcelere paſcuntur ſicut latrones
poſſint ſine vlla particula iuſticie viuere.
Cuius tanta vis eſt ſm̄ eum vt etiam la/
tronum opes firmet atq̄ȝ augeat. Immo vt
idem dicit li. j. de offic̄. cap̄. xiij. nullū eſt tē/
pus quod a iuſticia vacare debeat. Prop/
ter quod idem dicit ibidem. cap̄. iiij. q̄ iſti⁹
virtutis ſplendor eſt maximus. ex qua vi/
ri boni nominant̄. Et ph̄us. v. Ethicorum
vocat eā clariſſimā virtutū. eo q̄ ſm̄ Tul/
lium li. ij. de offic̄. cap̄. iiij. fundamentū per
petue cōmendationis et fame iuſticia eſt.
ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. Uirtu
tis huius ſm̄ Ambro. li. j. de offic̄. Prima

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt pars in deũ. vt ſcz que ſunt dei deo red
danť Math. xxij. Secunda in patriaʒ. vt
ſcz defendať ⁊ in pace cõſeruetur. Tertia
in parentes. deinde in om̃es. Et ſm̃ hoc
iuſticia deſcribiť ꝙ eſt virtus per quã vni
cuiqꝫ quod ſuũ eſt tribuiť. ſm̃ Auguſtinũ
xix. de ciuitate dei. caplo. j. Et Macrobi⁹
dicit. Juſticia eſt quando vnicuiqꝫ qđ ſuũ
eſt ſeruať. Quod expreſſius declarat Ber.
ſermone. iiij. dicens Juſticia eſt virtus q̃d
ſuũ eſt vnicuiqꝫ tribuens. ſuperiori ſcilicʒ
prelato obedientiã et reuerentiam equali.
id eſt pari conſiliũ et auxiliũ. contra eius
ignorantiã ⁊ infirmitatẽ. inferiori cuſtodi
am ⁊ diſciplinã. Que omnia viguerũt i an
tiquis patrib⁹. nõ ſolũ deicolis ſʒ etiã ydo
latris ⁊ paganis. et ideo tũc aureũ ſeculuʒ
dicebať. Adeo em̃ viguit in paganis iuſti/
cia ꝙ etiã vtilitatẽ reipublice ꝓprie vite pre
ponebant. Sicut ait Aug⁹. li. v. de ciuita/
te dei. c. xvij. Et Tulli⁹ li. j. de officijs. iiij. c.
Nam ſicut Julius frantin⁹ et Ualeri⁹ li. v.
narrant. Codrus rex athenienſium vidẽs
ꝙ aliter ciuitas ſua liberari nõ poſſet niſi
ipſe interficereť. Jpſe amore liberatiõis ci/
uitatis ſe libere obtulit morti. De quo ait
Uirgilius. et iurgia Codri. Maluit em̃
mori dum vincerent ſui q̃ꝫ viuere ſuis ſu/
peratis. Aliqui amore patrie depaupabã/
tur ad extremũ. Sicut narrat Auguſtin⁹
libro. v. de ciuitate dei. ca. xviij. de lucio va
lerio. Et Uegecius ca. viij. de re militari.
de Julio regulo. qui de ſummis diuitijs
vix in vno paruo agro collocati ſunt cum
coꝝ vxorib⁹. Et idem narrat Auguſtinus
de Quincio et de multis alijs. Non mirũ
ergo ꝙ tunc mundus ordinate ſtetit. Nũc
aũt ꝓpter defectũ iuſticie quãdo omnes in
eccl'ia xpi querũt que ſua ſunt non que ihu
xpi. neceſſe eſt om̃ia deordinari. Eo ꝙ ſm̃
Auguſtinũ li. iiij. de ciuitate dei. caplo. iiij.
Remota iuſticia quid ſũt regna niſi latro/
cinia. Jdeo ſapiens clamat vt rectores et
preſides prelati ⁊ iudices ad reformandũ
ſtatũ mundi et eccl'e xpi diligant iuſticiam
dicens Sapie. j. Diligite iuſticiã qui iudi
catis terram. Notãter dicit. diligite iuſti/
ciam. nõ ſolũ. facite iuſticiã. Nam ſm̃ Ro/
bertũ holgoth. multi ſunt qui faciũt iuſti/
ciã. ſed tamen eam nõ diligũt. et ideo meri
to ſunt a ſpũſancto arguendi. (E) Et
ſunt eorũ quatuor genera. Primi ſunt ap/
petentes honores et reuerentiã. Secũdi
vindicantes rancores per impatientiam.
Tertij lucratiui munerũ. Et quarti diſſi/
mulatiui ſcelerũ. Primi ſunt qui licet non
diligunt iuſticiã. volunt tamen videri iuſt i
Arguũt delinquentes. vituperant vicia. et
docent virtutes. puniũt ſine miſericordia.
et tamen cũ intentione corrupta. quia non
ob aliud niſi vt honorificẽtur ab homini/
bus. et vt vocenť iuſticie zelatores. Tales
fuerũt ſcribe et phariſei. De quibus Ma
thei. v. Niſi habũdauerit iuſticia veſtra pl⁹
q̃ꝫ ſcribarum. ⁊c̃. Secundi ſunt vindicati
ui rancoris et impacientie. pretendunt ſe
amatores iuſticie et nõ ſunt. Sicut enim
iuſticia vult vindicare delicta. Sic et ira
iniuriam. Unde phus dicit. Q ira eſt ap/
petitus vindicte. Jratus autẽ dolet vindi
ctam quaſi patiens aliquid iniuſtũ. Sed
quãdo punit delectať. ſicut diciť. iij. Ethi/
corum. ca. xij. Tales fuerũt illi duo ſenes
nequã. qui Suſannam condemnabant.
Daniel. xiij. Unde inter paſſiones malas
in iudice ira eſt peior. quia impedit animũ
ne poſſit cernere verum. et in penis neſcit
mediũ tenere. Sicut refert Seneca libro
de ira ad nouatum. de iudice quodam ini
quo qui furore accenſus ꝯdemnauit tres
milites innocẽtes. Unum iuſſit occidi. q̃a
ꝺ via redierat ſine ſocio cõmilitone impo/
nẽs ei ꝙ eũ occidiſſet. ꝓcepitqꝫ ſtatim cui/
dã cõmilitoni aſtanti ꝙ eũ duceret ad ſup
plicij locũ vbi morte plecteret. Cum autẽ
eſſet educt⁹ redijt ſocius eius ſan⁹ ⁊ incolu
mis. pro q̃ alius plectẽd⁹ ducebať. Uidẽs
aũt ſcđs miles h̃ q̃ primũ ducebat ad ſup
pliciũ redijt ad iudicẽ. ⁊ ambos milites co
rã eo pñtauit. Quos vt vidit tirãn⁹ furore
replet⁹ et ſuccẽſus iudiciũ tale dedit. Pri/
mo dixit. te iubeo occidi. qꝛ iuſſus es occi/
dere ⁊ nõ obediuiſti. Scđo dixit. te iubeo
occidi. qꝛ damnat⁹ es Tertio. te ſilr̃ iubeo
occidi. qꝛ cauſa occiſionis cõmilitoni tuo
fuiſti. Et ſubdit Seneca. O q̃ꝫ ſolers eſt
iracũdia ad fingẽdũ cauſas furoꝛ̃. Tres
em̃ puniti ſunt ob vni⁹ innocentiã. Et idõ
dꝛ Jac. j. Jra em̃ viri iuſticiã dei nõ opať.
Et certe nõ ſolũ nõ opať ſed etiã deſtruit.
Tercij ſunt lucratiui muneꝝ. ptendũt em̃
ſe iuſticiã diligere. ſed mentiunť. qꝛ pl⁹ dili
gũt pecuniã. ꝓpter quã faciunt iuſticiã. Jſti
nõ ſunt amatores iuſticie ſed mercatores.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eo q̄ apud eos q̄ plus dat d̄ pecunia plus
reportat d̄ iuſticia. Quibꝫ maledicitur per
ꝓphã. Iſa. v. Ve q̄ iuſtificatis impiũ ꝓ mu
neribꝫ. ⁊ iuſticiã iuſti aufertis ab eo. Quar
ti ſunt diſſimulatiui ſcelerũ. ſic illi q̄ videntꝰ
eſſe cõpaſſiui. et ita nõ vlciſcũtꝰ nec puniũt
delicta. ⁊ iſti faciũt ad modũ matris. q̄ non
ſuſtinet ligari vel aduri filiã freneticã. quã
poſtea videbit omnino veſanã. Sicut dic
Aug⁹. in q̄dã ep̄la. Et iſta eſt falſa ⁊ inſana
mãſuetudo vel pietas. ymo poti⁹ eſt crude
litas aliorũ. q̄ ꝑ hoc q̄d dimittitꝰ inultũ malũ
vni⁹. multi exẽplo ei⁹ depuantꝰ. Ideo dicit
Hiero⁹. Secande ſũt putride carnes. ne
totũ corp⁹ inficiatꝰ ⁊ putreſcat. et vna ouis
morbida a caulis eſt repellenda ne totus
grex inficiatꝰ. ⁊ vna dom⁹ accẽſa extinguatꝰ
ne tota ciuitas cõburatꝰ. Et tm̃ de iſta iu-
ſticia. ¶ F ) Tertio de iudicio arguen-
dus eſt mund⁹. q̄d nõ timet. Et merito. cũ
eñi illud iudiciũ ſit multũ horribile ĩ quo
etiã hij q̄ videbantꝰ iuſti vix ſaluabuntꝰ. vt
d̄r. i. Pe. iiij. multo mag' mũdus q̄ plenus
eſt peccatis argued⁹ eſt. q̄ nõ timet tale iu-
diciũ. De q̄ d̄r Iſaie. xxx. Ecce nomen dñi
venit de longinq̄. ardens furor eius. ⁊ gra
uis ad portandũ. Vñ tũc dicẽt reprobi xp̄o
illud Sap. ij. Grauis eſt nobis ad viden
dũ. Et circa hoc notandũ q̄ iſta eſt differen-
tia inter bonos ⁊ malos. q̄ boni timẽt de
peccatis ſuis. ⁊ timẽt deũ ante iudiciũ. vñ
dicũt illud p̄s. Cõfige timore tuo carnes
meas. Hoc eñi ꝯſulit ſapiẽs Eccĩ. v. de ꝓ-
piciatu pctõrũ noli eſſe ſine metu. Et iõ ta-
liter timenti deũ bñ erit in extremis et in
die defunctõis ſue benedicetꝰ. vt d̄r Eccĩ. i.
Et ꝑ oppoſitũ reprobi q̄ nõ timẽt peccata
ſua nec verentꝰ peccare. Ideo etiã nec deũ
timẽt nec eius iudiciũ. Sed certe veniet
dies qñ timebũt qñ timor erit ad penã nõ
ad emendã. qñ dicent. Timor ⁊ tremor ve
nerũt ſup me. ⁊ ꝯtexerunt me tenebre. tũc
eñi veniẽt in cogitatõe pctõrũ ſuorũ timidi
⁊ traducẽt illos ex aduerſo iniq̄tates ipſorũ
vt d̄r Sap. iiij. Propter q̄d dicit Gre. xiiij.
moral. Vitari nãq; terror iudicis nõ niſi
ante iudiciũ põt. non mõ cernitur ſꝫ p̄cibꝫ
placatꝰ. Cum vero in illo tremendo examine
ſederit. et videri p̄t. ⁊ placari non p̄t. quia
facta prauorũ q̄ diu ſuſtinuit tacit⁹. ſimul
omia reddet irat⁹. Vñ neceſſe eſt nunc ti-
mere iudicem cũ nondũ iudiciũ exerceat.
cũ diu ſuſtinet. cum adhuc mala tollerat q̄
videt. ne cũ hunc in retributõem vltionis
iuſticia ꝯcuſſerit. tanto in iudicio diſtricti
us feriat quãto diutius ante iudiciũ nos
expectat. Hec Gregorius. Pro quo lati⁹
deducẽdo ad incutiendũ metũ peccatori-
bus de rigore iuſticie diuini iudicij eſt ſci-
endum q̄ malefactores ⁊ criminoſi et rei
ex triplici cauſa ſolent ꝯfidere ſe euaſuros
impune. Primo qñ ſperant q̄ poſſũt declina
re et euitare rigorem iudicij. vt q̄ ſine exa-
mine fiat emenda ꝑ mediatiõem amicorũ
et arbitriũ bonorũ ⁊ non ꝑ ſtrepitũ iudicia
lem. Secũdo ſperant ſe rei ꝓbabiliꝰ eua-
ſuros licet non omnino impune ſi poſſint
ſubire iudiciũ. ſic tñ q̄ habeant iudices et
aſſeſſores fauorabiles ipſis. Tertio mo-
do ꝑ tranſlationẽ ꝑſonarũ ſuarũ. vt q̄a reus
in vno regno poteſt ꝯuerſari in alio. et ſic
euadere iudiciũ tranſlato domicilio. Sꝫ
certe nullo iſtorũ modorũ poſſũt euadere pec-
catores. Primo q̄ illud iudiciũ erit cum
examine rigidiſſimo. in quo etiam mini-
mũ verbum ocioſum ponderabitꝰ Math.
xij. Imo nõ ſolũ verba ſed etiã cogitatões
examinabuntꝰ. et ita tam verba q̄ cogita-
ta q̄ etiã facta q̄ etiam greſſus noſtri mi-
nimi iudicabuntꝰ. Iob. Tu quidẽ greſſus
meos dinumeraſti. Nec ſolum mala com-
miſſa appendentꝰ ſed etiã bona obmiſſa cõ
putabuntꝰ. Sicut patet de diuite epulone
Luce. xvj. Et de illo q̄ abſcondit pecuniã
dñi ſui. et nichil lucrat⁹ eſt. Mathei. xxv.
Ideo nõ poterũt mali declinare rigorem
iudicij. Scđo iudices erunt ſeueri ⁊ nul-
lo fauorabiles reprobis q̄ntũcunq; ꝓpin-
quis vel cognatis. Quia ſancti ſcđm Greg.
tanta rectitudine iuſticie diuine ꝯſtringẽtꝰ
vt nulla ad reprobos cõpaſſione moueatꝰ.
Unde d̄r Sap. iij. Iudicabunt ſancti na
tiones. Gloſa Holgoth. tanq̄ aſſeſſores
xp̄i Math. xix. Sedebitis et vos iudicã-
tes. Hij eñi ſunt ſeniores cũ q̄bꝫ xp̄s ventu
rus eſt ad iudiciũ Iſa. iij. Hij ſunt etiã ſe-
natores cũ q̄bꝫ ſedebit nobilis vir ĩ portis.
Prouer. vlt. Quia ḡ ſancti iudicabũt qui
ſunt veraciſſimi. ideo nõ poterũt flecti qñ
mala facta puniantꝰ. Unde nota q̄ duriꝫ
eſt reo ⁊ graue ſi rex ſit ſibi extrane⁹. q̄ ſibi
in nullo penitus teneatꝰ. Scđo ſi ſit talis
q̄ a iuris reg̃la nullaten⁹ abducatꝰ. Tertio
ſi eſt talis de cuius iniuria reus accuſatur

Sic erit in iudicio. in q̄ se sancti reddent peccatoribꝫ extraneos. Nec mirū. quia xp̄s etiā dicet reprobis Nescio vos Mat.xxv. Vn̄ ⁊ fatuis rn̄dent prudētes. Ite ad vē/dentes et emite vob. Secundo nullo mō declinabunt a regula iuris. qꝛ sanctitas ē iusticia. qꝛ tūc iam erunt induti nouū ho/minē q̄ ſm deū creatus est in iusticia ⁊ sanctitate veritatis Ephe.iiij. Tertio ipi erūt hostes impioꝝ q̄s impij in hac vita cōcul/cauerūt Abacuc.j. Respicis ꝯtēptores. et taces cōculcante impio iustū. ⁊ ideo tunc viceuersa ipi calcabūt eos Malach.vltio Calcabitis impios cū fuerit cinis sub plā/ta pedū vroꝝ. His igit̄ cōpensatis timen/dū esset diuinū iudiciū semꝑq̄ꝫ de ipso fo/ret cogitandū. Nā dicit Greg.omł.xxxix. Pñtis tpis leticia sic est agēda vt nūq̄ꝫ ama ritudo futuri iudicij a mēoria recedat. Et Ber.sup psalmū Qui habitat. Quid tam cauendū. q̄d tam plenū anxietate et vehe/mētissima solicitudīe excogitari pt. q̄ꝫ iudicandum astare illi terrifico ⁊ deifico tribunali. ⁊ incertā adhuc subitaq̄ꝫ districto iu/dice expectare sniāz. vbi iudex teste non indiget. vbi ṽitas discutit intentōnes. Et in quadaꝫ ep̄la ad Robertū monachū dicit. Veniet q̄ male iudicata reiudicabit. illici/te iurata cōfutabit. q̄ faciet iudiciū iniuriā patiētibꝫ. vbi plus valebunt pura corda q̄ꝫ astuta ṽba. ⁊ ꝯscia bona q̄ꝫ marsubia ple/na. qn̄ iudex non fallet̄ ṽbis nec flectet̄ donis. Hec ille. Item q̄ ad tertiū non poterit reus se tūc trāsferre de vno regno ad aliū. vt subterfugiat illud iudiciū. qꝛ om̄es tūc oportet nos astare an̄ tribunal xp̄i. vt dic̄ ap̄lus. nullo excepto. Et Johel.iij. dr̄ Venite oēs gentes de circuitu ⁊ ꝯgregamini. Nos ḡ frēs petā detestātes queramꝰ iusti/ciam dei iudicātes nosmetipos in pn̄ti. vt futurū illud terribile iudiciū euadere et p̄/mia celestia ꝯseq̄ possimꝰ. Quod nobis p̄/stare dignetur. ⁊c.

## Dominica quinta Rogationum. I

### Sermo. LXIX

Petite et accipie/tis. Joh.xvj. Sic̄ dicit Augꝰ. in libro de diffinitōibꝫ. Nullū credimꝰ ad salutem nisi deo inuāte venire nullū iuitatū nisi deo auxiliāte opari. nul/lum nisi orantē auxiliū ꝓmereri. Ex quibꝫ ṽbis pꝫ q̄ licꝫ deꝰ ꝑsto sit dare cuilibꝫ auxiliū salutis. illud tn̄ nō dat nisi ꝑ mediū orō/nis. ymo esto q̄ deꝰ sine orōnis medio nonnullas ṽtutes homibꝫ infūdat. illas tn̄ nō cōplet nec ꝑficit absq̄ꝫ orōis iugitate ⁊ per/seuerātia. ſm Henricū de vrmaria de perfectione interioris hoīs. lib.ix.c.j. Hinc est q̄ saluator ad iugē orōis ꝑseuerantiam exhortās ⁊c. Oportet semꝑ orare Lu.xviij. Iteꝫ ꝓuocās nos ad orandū on̄dit orōis nr̄e exauditōꝫ facilē i hodierno euangelio dicens. Petite et accipietis. ⁊c. In illo tp̄e dixit ih̄s dis.suis. Amen amē dico vob Si q̄d petieritis p̄rē in nomīe meo. ⁊c. Sequit̄ thema Petite ⁊ accipietis. In quibus ṽbis duo tangunt̄. Primo hortat̄ ad orōis deuotionem. Petite. Scd̄o ꝓmittit orōis deuote exauditōēꝫ. et accipietis.

A. Circa ꝑmū hortat̄ ad orōis deuo/tionē dicens. Petite. q̄d ꝑmo ꝓmiserat di/cens. Si q̄d petieritis p̄rē in noīe meo dabit vobis. Vn̄ sciendū q̄ vt dicit Henri/cus de vrmaria. li.ix.c.j. de ꝑfectōe iterioris hoīs. Cordis ꝑfectio cuiuslibet iusti hoīs ad iugē ⁊ indisruptam orōis ꝑseuerantiaꝫ tendere dꝫ. et q̄ntū hūane fragilitati cōce/ditur ad ꝯtinuā tranq̄llitatē mētis niti dꝫ ⁊ ad eiꝰ ꝑpetuā puritatē ꝓpt̄ quā possidēdā ⁊ omnē laborē corꝑis ⁊ ꝯcussionē sp̄ūs in/defesse querimꝰ ⁊ iugit̄ exercemꝰ. Hec ille. Ex q̄bꝫ ṽbis pꝫ q̄ mł'tū necc̄aria est orō ad salutē. Circa q̄d videnduꝫ est de duobus. Primo de cōmēdatōe orōis. Scd̄o d̄ forma ⁊ mō orādi. vt sic iuxta ꝯsiliū saluatoris exhortātis debite petāꝰ. Est āt circa ꝑmum sciendū q̄ ſm Robertū hol. sup illō Sap. xviij. Tetigit āt ⁊ tūc iustos tēptatio mor/tis. q̄ orō est moraliter scala nr̄e ascēsiōis ad deū. scd̄o scutū nr̄e defensiōis. tertio nūciꝰ nr̄e legatōis. q̄rto redditꝰ nr̄e subiectōis. q̄nto ē speculū nr̄e cognitōis. inq̄t Hugo li. de ꝑfectu noucioꝝ. Prīo dico q̄ orō est scala nr̄e ascēsiōis. Per hāc em̄ ascēdiꝰ ad deū. et a trenis ad celestia nos leuāꝰ Eccl̄i. xxxv. Orō hūiliātis se nubes penetrat. Vn̄ orō ſm Damasce.li.iij.c.xxiiij. diffinit̄. Est ascēsus mētis ad deū ⁊ decentiū petitio. Et hugo de ꝑfectibꝫ nouicioꝝ di. q̄ orō mēteꝫ magis a terrenis eleuat ⁊ elōgat q̄ꝫ cete actiones. qꝛ ille negociat̄ cum Martha circa freq̄ns misteriū inferiꝰ. ista cū Maria pe/dibꝫ dn̄i inherēs. eū solū sibi ꝓpiciū eē exo/



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN